



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetii, 1562

Nobilitatis uerae signa sunt quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

nerosus & ad uirtutes bene composi-
tus? & hæc nobilitas dicitur gratuita,
id est gratia Dei data, sicut, quando
aliquis gratia Dei custoditur, ne mali
turpitudini seruiat. Vnde Tullius. Hic
liber exstimandus est, q. nulli turpu-
dini seruit. De hac enim gloriandum
est. Vnde sapiens . De illa nobilitate
glorieris, quæ filios Dei, & cohere-
des facit. Tunc ille nobilis est si pec-
cata & uitia deserit, & uirtutes ani-
mi, in quantum potest, custodit.

Tullius.

*Nobilitatis ueræ signa sunt
quinque.*

Primum est liberalitas . Vnde
Deus, qui liberalissimus est,
ideo liberalissimus, quia nobi-
lissimus est, & quia nobilissimus est,
ipse est liberalissimus, quia non solù
sua dedit, sed & semetipsum , non
solum suis seruientibus, sed etiam ho-
stibus . Matt. Qui solem suum oriri
facit super bonos & malos, & pluit
super iustos , & iniustos . Si ergo li-
beralitas est signum ueræ nobilitatis,
eius contrarium est rapacitas, quod
est signum magnæ rusticitatis. ergo
rusticissimi sunt qui auferunt bona
pauperum . Secundum est gratitudo,

Matt. 5

O

CHRISTIANA

sive recognitio beneficiorum , & per contrarium ingratitudo , sive beneficiorum non recognitio , signum effrusticitatis . Vnde patet quod illi qui nobiles reputantur , qui deum in honore ignorant , qui eos praे ceteris honoris cauit , rusticissimi sunt . Tertium est mansuetudo & misericordia in inferioribus .

Seneca. Vnde Seneca . Nullum minus signum in omnibus quam regem & principem decet elementia . Vnde in signum mansuetudinis Reges Christiani inunguntur , per contrarium ergo crudelitas in inferioribus in subiectis , signum est rusticitatis . Quartum est , timere opprobrium seruitutis . Vnde D. Hieronymus . Nobilitas grauis est generosus animus . Sed multi qui nobiles dicuntur continent pessimam seruitutem uitiorum & demonum , in qua sepe nihil subiiciuntur . Vnde Remigius . Qui enim seruiunt uitios & diabolos serui sunt uitiorum , & diaboli .

quo patet non nobiles , sed rusticus non dominos , sed seruos esse . Quartum est cordis magnitudo , quo quod modica contemnit , & magna appetit . Econtrario magna rusticitas est amorem suum in modicis ponere , & magna negligere . Vnde patet dominus illas , quæ potius ponunt amorem

Hiero.

Remigius. Qui enim seruiunt uitios & diabolos serui sunt uitiorum , & diaboli .

quo patet non nobiles , sed rusticus non dominos , sed seruos esse . Quartum est cordis magnitudo , quo quod modica contemnit , & magna appetit . Econtrario magna rusticitas est amorem suum in modicis ponere , & magna negligere . Vnde patet dominus illas , quæ potius ponunt amorem

suum in uno misero milite quam in re
ge gloriæ , uerè nobiles non esse. Sic
& de milite , qui ponit amorem suum
in misera muliere , uel in terra , con-
tempto regno cælorum.

*Negligentiam docet nos fu-
gere tria.*

Primum est scriptura . Hicre-
mias. Maledictus qui facit opus
Dei negligenter, uel fraudolen-
ter. Et Gregorius. Diabolus enim nō
potest appropinquare homini , uel ei
temptationes inferre , nisi se gesserit
negligenter . Secundum est , cura
quam habent mali circa ea de quibus
intendunt, sicut legitur de Herode. Di
ligenter didicit tempus stellæ . & sub-
ditur . Ite , & interrogate diligenter
de puerò , &c. Vnde Cassiodorus. Vti
nam ita seruirent homines deo pro-
celorum regno, sicut seruiunt homi-
ni pro beneficio terreno. Tertium est
sublimitas personarum coram quibus
negligentia talis committitur , quia
coram deo & angelis eius . Magna di-
ligentia habenda est in psallendo , &
in aliis operibus quæ spiritualiter
sunt coram deo . Vnde Psal . Quo-
niam omnis terra deus psallat sapien-
tia

Hie, 48.

Grego.

Matt, 2

Cassio,

Psal, 46

O 2